

ANSONARICH SAXONVM DUX.



Ansonarich ob plurimas corporis & animi  
uirtutes, Saxonum princeps electus fuit, An  
no mūdi termillesimo noningentesimo. Hic cum  
intellexisset magnum hominum numerum ex Bel  
gis in Italiam cum Cymbris profectos esse, atque  
maiori ex parte ibidem interiisse, ipse suos cohore  
tatus, ingenti exercitu Galliam Belgicam inuasit.  
Eo tempore Belgarū dux Leo præsidebat. Is cum  
Saxonibus & Sueuis congressus, occubuit. Itaque  
Gotfridus eius frater bellum renouauit. Verūm  
Ansonarich uirtute superatus ac in fugam conie  
ctus fuit. Postea Germani ulterius proticiscentes,  
Valentiæ hostem depræhendunt, atq; arcem mu  
nitissimam expugnant, hoc modo factum ut Lotharingia & Brabantia cum  
finitimis regionibus Ansonarich tributariæ effectæ fuerint. Verūm eadem  
postea Iulij Cæsar is hortatu ab eo defecerunt. Albertus Crantzin Saxoniali  
bro i. cap. 24.